



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

De S. Victore martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

21. Aug.

S. Priuatus
Episcopus
fustibus in-
terimitur.



IRruentibus autem Alemannis in Gallias, sanctus Priuatus Gabarlitanae urbis Episcopus, in crypta Memmatensis montis, ubi ieiunijs, orationibusque vacabat, reperitur, populi Cerdonensis castrum munitione conclusus. Sed dum oves suas bonus pastor lupis tradere non consentit, demonijs immolare compellitur. Quod facinus ille tam execrans quam refutans, tandiu fustibus ceditur, quoad vsque putaretur exanimis. Sed ex ipsa quassatione interposito paucis diebus spiritu exhalauit. Chroco verò apud Arelatensem Galliarum urbem comprehensus, diuersis affectus supplicijs, gladio verberatus interijt, non immerito poenas, quas sanctis Dei intulerat, luens.

Chroci in
teritus.

DES. TIMOTHEO ET APOLLINARE
MARTYRIBVS, PER D. GREGORIVM ARCHIE-
piscopum Turonensem, de gloria martyrum cap. 54.

23 Aug.

Vides quomodo
sim in honore
Sanctorum ecclesie
aedificabantur.



TIMOTHEVS & Apollinaris apud Remensem urbem, consummato martyrio caelestia meruerunt, quorum reliquias quidam aedificata in eorum honore basilica deuotus expetit. Pontifex vero qui aderat, cum honore per presbyterum dirigit. Cumque iter ageret, mulier importuna, & credo indigna merito, in via procedit, salutatoque presbytero, deosculatur lintheum quo sacra regerantur fauilla, rogat sibi de his aliquid condonari. Tunc Presbyter diu dubitans, & tribuere differens, victus tandem ab improbitate eius, dimisit ei particulam, ascendensque sonipedem iter expedire cepit iniunctum, & percussus utraque equi latera, nequaquam poterat promoueri. Ipse vero grauius erat ut vix caput valeret erigere. Intelligens autem martyrum se virtute teneri, poenitentia motus, vtiliter recepit quod negligentia intercedente largiri praesumpsit, restituitoque in capsa quod abstulerat, abire permissus est.

Miraculum.

MARTYRIVM S. VICTORIS AVTO-
RE LVICIO MARINEO SICVLO, REGIO HISTORIO-
grapho, de rebus Hispaniae libro quinto.

26. Aug.

S. Victoris
patria.
Vita agit
asperissima.



DIVI Victoris martyrio mirum in modum gaudet Hispania. Hic enim in Ceresano natus oppido, adolescentiam literis & sacris diuinisque rebus impendit. In antro primo vitam egit asperissimam, quod ipse suis manibus effodit. Deinde vero Mauros patriam suam oppugnare Angelo nunciante, & Christianos amouere & abducere ab Christi cultu: protinus occurrit, & Christianos omnes catholica retinuit in fide, & in hostes vehementer hortatus est. Quod cum Mauri animaduertissent, cum penis acerbissimis sustulerunt, itaque martyrii corona donatus, a Christo in caelestium numero aggregatus, sempiterno gaudio perfruitur.

Martyrio
coronatur

DE SANCTO BIBIANO VRBIS SANTONICÆ
EPISCOPO, EX D. GREGORII TVRONENSIS
De gloria Confessorum Cap. 58.

28. Aug.

Miracula
ad S. Bibiani
sepulcrum.



IN suburbano quoque urbis huius Santonicæ Bibianus Antistes quiescit, cuius virtutum praestantia liber, qui iam de eius vita scriptus tenetur, enarrat. Nunc autem exoratus crebro languentibus tribuit sospitatem. Vnde videtur ut de tantis miraculis vel vnū fari praesumam. Mulier quaedam, cuius manus aruerant, vnguibusque iam sauciatae, contractis neruis, opus operandi perdididerant, ad beati sepulcrum deuota prosternitur, factaque oratione, manus reintegratas, laxatis digitorum filis, ad agendas Domino gratias meruit elcuare.

VITA

SURIUS

q. ber
Mortar
RVIII
5